



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 84. Parisiensis Curia a Fœderatis capta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

quinimo iidem Doctores die quinta Apri- **Sæcul. XVI.**  
lis eo imprudentiae devenere, ut etiam **A.C. 1589.**  
decernerent, quod Regis nomen e Missæ  
Canone deleretur unacum solitis preci- *Journal de  
Henri III.  
t. I. part. 2.  
pag. 317.*  
bus, quæ pro ipso recitabantur, ea-  
rum autem loco tres alias concinna-  
bant, scilicet, collectam, Secreta, &  
postcommunionem, ubi Deum roga-  
bant, quatenus Principes Christianos,  
qui pro sancti ipsius Nominis defensione,  
& pro salute fidelium arma sumperunt,  
protegere dignaretur, ut hostium suorum  
cruelitas reprimatur, eorum audacia  
refrænetur, atque ipsorum insidiæ de-  
clinentur.

Verum quantumvis istud concordi om-  
nium consensu, ac nemine repugnante  
fuisse sancitum, in ipso hoc Facultatis  
decreto asseritur, constat tamen, quod  
nonnisi a quibusdam seditionis Doctori-  
bus, Aubrio, Prevotio, Boucherio, Pelle-  
tiero, Burgoino, aliisque sacro fœderi ad-  
dictissimis conflatum sit, hique suis vio-  
lentiis juniores quosdam ad se pertraxe-  
rint. Ceterum Facultas hoc decretum  
nunquam tanquam opus suum agnosce-  
bat, prout ab illo tempore semper, ac  
sæpius testatum fecerat.

### §. LXXXIV.

*Parisenis Curia a Fœderatis  
capta.*

Tt 5

Præfa-

**Sæcul. XVI.** Præfatum hoc decretum, licet minus  
A.C. 1589.

legitimum, vehementer populani-  
mum concitabat, ac veluti classicum

*Thuan. Da-*  
*vil. &*  
*Journ. l. c.*  
*Journal*  
*MS. de*  
*Loy sel.*

erat universalis seditionis, quæ Parisius exorta paulopost in potissimas Regni urbes effundebatur: præprimis vero fœderati Aumalio, quem Parisinæ Urbis Gubernatorem creaverant, perfudent, ut Senatum in carceres conjicerent: diu tamen de opportuno exequendi hujus consilii modo deliberatum, tandem vero conclusum, Præfides, & Consiliarios in ipso Palatio, ubi se defendendo impares essent, capiendos fore. Hac ergo sententia prævalente Joannes Clericus Bussius Curiæ Advocatus, strenuus fœderis socius ad reexecutionem suam deferebat operam, ac Senatum obsideri jubens, ipsius ampliorem Aulam ingreditur, ubi libellum Senatoribus porrigebat, in quo fœderati petebant, ut Curia Mercatorum Præfecto, Ædilibus, civibusque Catholicis pro veræ Religionis defensione operam suam jungeret, simulque juxta Facultatis Theologicæ doctrinam declararet, quod Galli a fidei, & obedientiæ sacramento Regi præstito solutus essent, nec ultra hujus Principis nomen edictis apponetur. Postea Bussius responsum ad suum libellum præstolatus secessit, paulopost tamen reversus

est:

est: porro cum præfatum decre- Sæcul. XVI.  
tum a Senatu nunquam confirmatum A.C. 1589.  
iri, facile sibi persuaderet, hinc rabie  
plenus unacum viginti quinque, aut  
triginta sceleratis, qui thoracem induti  
sclopeta in manibus tenebant, aulam  
ingressus est, atque alta voce pro sum-  
mo imperio exclamavit: „displicet  
„mihi, quod tot spectatos viros in car-  
„ceres abstrahere cogar:,, his dictis  
omnium illorum, quos hoc fatum tan-  
geret, nomina prælegit: cum autem  
primus Præses, qua auctoritate muni-  
tus hæc attentaret, sciscitaretur, mox  
respondit Bussius: „Moram abrumpite,  
„& me sequamini: alias si me ad vim  
„adhibendam adigitis, non pauci ex  
„vobis severas suæ pertinaciæ poenas  
„dabunt., Ergo obtemperandum erat,  
Petrus tamen Segiverus, Nicolaus Po-  
terius, & Jacobus Augustus Thuanus  
Præsides in captorum numero non erant,  
eoquod ea die in Curiam non accessis-  
sent, ceteri autem omnes Bussium se-  
quebantur, imo & illi, qui nominati  
non fuerant, suos Socios deserere no-  
lebant: igitur una omnes numero quin-  
quaginta ad Bastillæ carcerem abstra-  
huntur, populo ex omnibus plateis, ut  
transeuntes conspiceret, turmatim con-  
currente, & nequidem expectato Au-  
malii jussu, ad arma convolante: ni-  
hilo-

Sæcul. XVI. hilominus horum Senatorum plures et  
A.C. 1589. dem adhuc die, alii vero paucis post  
diebus libertate donati fuere, eo quod  
in Clerici Bussi indice descripti non  
fuissent.

## §. LXXXV.

*Senatus Ministri a Fœderatis  
nominati.*

*Davil. I. 10.* Interea Præsides, ac Consiliarii, qui  
*Journal de* non fuerant comprehensi, in pri-  
*Henrit. I.* mum Præsidem nominabant Barnabam  
*pag. 107.* Brissonium celebrem Senatorem, qui  
quamvis suspectæ fidei Vir haberetur,  
cum tamen sexdecim Regionum Præ-  
fectis promisisset, quod probi Viri, seu  
ut ipsi intelligebant, hominis sancto  
fœderi addicti partes strenue explere  
velit, in supremum Curiæ caput eligeba-  
tur, quam tamen dignitatem ambiisse  
videtur. Hic idem die Sabbati deci-  
ma septima Januarii confessum habuit,  
ac feria quarta die vigesima prima e-  
jusdem Mensis Moleus Senator non ita  
pridem ex Bastillæ carcere dimissus  
Procuratoris Generalis officio fungi ju-  
bebatur, Joannes vero Magister, &  
Ludovicus Aurelianensis, qui antea  
Curiæ Advocati erant, in generales  
caussarum Cognitores nominabantur:  
verum Brissonium brevi acceptatæ pri-  
mi Præsidis dignitatis pœnitentia sub-  
ibat: